Quelle: http://manuscripta.at/?ID=557
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LXXXXI 196

Et egressus ihesus de templo ibat et accesserunt discipuli eius ostendere eidem aedificia templi. Respondens autem ihesus dixit illis: Videtis haec omnia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapem, qui non destruatur. Sedente autem eo super montem Oliveti accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis, quando haec erunt et quae signum adventus tui et consummationis saeculi? Et respondens ihesus ait illis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum christus, et multos seducent. Audietis autem praelia et opiniones praeliorum. Videte ne turbemini. Haec enim omnia fieri oportet, sed nondum finis. Surget enim gens contra gentem et regnum adversus regnum, et erunt pestilentiae et fames et terraemotus per loca. Haec autem omnia initia dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi et invicem tradent et odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophetae surgent et seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverabit usque in finem, hic salvus erit. Et praedicabitur hoc evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet finis. Cum ergo videritis abhominationem desolationis, quae dicta est a Daniele prophete, stantem in loco sancto, qui legit intelligat, tunc qui in Iudea sunt fugiant in montes, et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua, et qui in agro non revertatur tollere vestimentum suum. Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiat. Et nisi breviasset dominus dies, non esset salva omnis caro, sed propter electos quos elegit breviavit dies illos. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic christus, aut ecce illic, ne credatis. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa et portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Ecce praedixi vobis. Igitur si dixerint vobis: Ecce in deserto est, ne exeatis; ecce in penetralibus, ne credatis. Sicut enim fulgur exit ab oriente et apparet usque in occidentem, ita erit adventus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur aquilae. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes caelorum commovebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis in caelo, et tunc plangent omnes tribus terrae, et videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos eius a quattuor ventis, a summis montibus usque ad terminos caelorum. Ab arbore autem ficulnea discite parabolam: cum iam ramus eius tenerus fuerit et folia nascantur, scitis quia prope est aestas. Ita et vos, cum haec omnia videritis, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis quia non praeteribit generatio haec donec haec omnia fiant. Caelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. De illo autem diem nemo scit, neque angeli caelorum, nisi solus pater. Sicut autem dies Noe, ita erit adventus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptias tradentes, usque quo intravit Noe in arcam, et non cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes, sic erit adventus filii hominis. Tunc duo erunt in agro, unus assumetur et unus relinquetur. Duae molentes in mola, una assumetur et una relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vestrer veniat. Hoc autem scitote quia si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis venit. Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem cum venerit dominus invenerit sic facientem. Amen dico vobis quia super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus servus in corde suo: Morabitur dominus meus, et coepit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis, veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat, et separabit eum et partem eius cum hypocritis ponet. Ibi erit fletus et stridor dentium.

Deutsch: Und do unser herre aus dem tempel gieng do redten etleich zu den gozzen pau und den gozzen steyne an dem tempel und sprachen zu ihesu. Meyster sich wie gestan steyn und wie gozzes pau. Ihesus antwort und sprach: Sehet ir disen gozzen pau. alsam waz ir da sehet. es chumet noch die tag an dem eyn steyn auf dem andern nicht belelbet der nicht zu storet werde. und do ihesus auf dem peyg monte oliueti saz gegen dem tempel. do fiagt im besunder peter und iacob und iohannes und andre und sprachen. Gepiter sag uns wenn di ding geschehen. und waz vrchundes und zeychens wirt wenn ez sich anhebt. daz es wolpracht werde vn daz di werlt zer get. Ihesus antwurt und began im sagen hutet euch und sehet daz si euch iht verleytent. wann manig chumen in meinem namen. und werdent sprechent ich sei es. und werdent manige menschen verleytent. so nah ist di zeit. dauon schult ir nach im nicht gen. und wenn denn zu der zeit vnrechtigkeyt vberfluzzig wirt. da von erlischt manges menschen lieb. und erkaltet. Swenn ir aber hoert vrleug und daz man sich streits vnd sicht und chtsal und manig not. so fuerchtet euch nicht